## **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

## **Andreae Alciati Emblemata**

Alciati, Andrea Patavii, 1661

In studiosum captum amore. Emblema CIX.

urn:nbn:de:bsz:31-127360

Emblemata.

and Efdra, que loco veritatem rege, vino, tiam allegorice de fancto Christianorum Amer Nin formina potentiorem arguit : de quo id legimus adnaov:

Rex, mulier, vinu, pra cudis fortiter vegent, Sed inter omnes Veritas victrix manet. Item ad eum modum :


Magna meri vis est, fortis rex, famina for-

Fortia que cum sint , Verum tamen omaia vincit .

Potest idipsum no inconcinne intelligi de amore virtutis, de quo paulo post. Sic e-

in Deum flagrante amore, qui quoscunq; uinus alios turpes & deprauatos amores, puta mundi oblectamenta & carnis illecebras egregie diffipat . Poterit deniq; fulmen hoc Cupidine concustum traduci ad id, quod dici folet, Amore plus quam vi effici, quod Amor in quadam Epist. expressit D. Hierony-plus po-mus: Ingenia quidem, inquit, liberalitet tost quine educata facilius verecundia quam metus uis . superat. Sed hac indicasse sufficiat.

In studiosum captum amore. EMBLEMA CIX.



MMERSVS studys, dicundo & iure peritus, Et maximus libellio . Helianiran amat, quantum nec Thracius omquam Princeps for oris pellicem . Pallada cur alio superasti indice Cypri ?

Num fat sub Ida est vincere ?

Ff 3

COM-

catter.

a line friend

eighfur.

a los frincia

tis ingfunt

frinn kne.

हा हिंदु होने

festrion

datasas e lacerii:

utila fut . ding ma

wer. e quality! Ini. fe ann b च प्रांत प्रा DET ISSE depulcious; neuros & andcires. z Killot al Hipe: tring mikaloz. sat içti.

t, ms,chmisle.

md e consis de A.Name n mais dans POO

13113

mps.

222

11.

Prototy=

pus Em-

blemasis.

## COMMENTARII.

CEDET vir grauis , habitu doctorali , Me iam admitte : magis doctam tu Palla-O cui aftat hinc Pallas armata, illine Venus nuda cum luo Cupidine; ille verò à Pallade auerfus, se ad Venerem tanquam amplexurus vereit. Primus quisq; versus Metru. est Heroicus: secundus quisq; est Iambicus Archilochius dimeter, quatuor Iambis constans, receptis tamé spondæis in locis imparibus.

EMBLEMA hoc in Hieronymum Paduanum scriptum, videtur sumpfifle Al ciatus ex Graco Pauli Silentiarij, quod fic

habet: ό πρίν άμαλθάκτοισιν έν ε φρεσε κόθυν έν

δίεροφόρε πασίης. θεσμόν α παπάμενος Quio Bopois Benesoriv avelugatos o apin LOGTOV

αυχένα σοι κλίνω κύπρι μεσαιπόλιος» Sizo us nay xa niwoa copin ou wa. ná-Sa vinas

νύν πλίον, η το σάρος μηλωίρ' έσπεpidav.

Senex est, qui conqueritus se, cum iuuenis effet, telo amoris inuiolabilem fuifle: ætate autem prouectum amoris iugo cogi. Epigramma ferè ita Latine sonat:

Acer era.vt primis innicta mente sub annis Oestrifera spreni dulcia iura Dea:

Missilibus nec eram diris violandus amoriis Qui tua nunc canus sub inga vado Ve-

Suscipe onans, tetrica victa tibi Pallade

Quam prius Hesperidum munere maior honos .

Qui prius duris in præcordijs iucundam in pubertate

Oestriferæ Paphiæ legem recufani; Membriuoris telis imperuius qui priùs eram, amoribus

Collum tibi inclino, è Venus [ego] femicanus.

Sulcipe me lætabunda, sapientem quia Pal lada vincis

Nunc magis, quam olim pomo ex Hefperidum.

Quù prius in duris florenti atate medullis, Nulla mihi æstrifera cura foret Faphia: Nullus amor potuit nostros abducere sensus: At Venus, heu, canas nunc tibi subdo comas.

da vinces,

Quă quondam pomo viceris Hesperidă . Vide num huc referre possis initium Odes vndecimæ Epodi Horatiani:

Pecti, nihil me, sicut antea, iunat Scribere versiculos amore perculsum graші, отс.

Alio fensu ab Ouidio dictum memini elegia tertij Amorum, qua Tibulli mortem

Ecce puer Veneris fert ener fama, pharetra. Et fractos arcus, & sine luce facem. Amorem etiam fuis destitutum armis de-

fcripfit initio eiufdem operis amatorij his verbis:

Quis tibi , saue puer , dedit hoc in carmine iuris ?

Pieridum vates, non tua turba fumus. Quid , si praripiat flaue V enus arma Mi-

Ventilet accensas flaua Minerua faces? Ad hunc locum placet adgregare lenes ac fuaues Tibulli numeros, eleg. 1. Interea du fata finunt , imagamus amores :

I am venier ceaebris nox adoperta caput . Iam subrepet iners atas, nec amare decebit,

Dicere nec cano blanditias capite. IMMERSVS studijs | totus in studijs oc cupatus. Translatio ab aquis

Dicundo & iure peritus | Inrisperitus , perirus iuridicundo.

Et maximus libellio ] Libellio diceba. Libellio. tur veteribus,quem nos tabellionem vocamus. Græce γραμμα Tive dicitur. Sed hoc loco quendam infigniter litteratum, & eu, qui libris penè immortuus fuerit, intelligi recte indicat Pignorius.

Helianiram am at] Alij legunt Heliodoram adamat , quod non difplicer, cum id nomen puelle læpius in Gracis epigrammatis reperitum inueniatur, nulla tamen historia vel fabula præuia.

Quantam nec Thracius vnquam. | Fiac patium collatione turpem amorem figure ficat , qualis fuit in Tereo Thracia Regs , Tereus . qui Philomelæ innenculæ, Prognes vxoris forori,ftuprum intulit. Fabulam repete ex Ouid, 6. Metamorph, & fupra ex Emblem. 70. Stock hamerus arbitratur hie per Thra eium principem intelligi louem,qui hatus fuir & regnanit in infula Crera , qua in. Thracia

III

Pellez .

Emblem ara

Thracia eft, vt Cicero lib. 3.de nat. Deor. Pellicem autem facit Semelem, de qua alibi. Sed certè mihi hac opinio non ita arridet, ficut prior .

Sororis pellicem | intelligit Philomelam Procnes fororem, quæ sic apud eundem Ouidium:

---- Pellex ego fatta seroris.

杨节

Poller.

Cypris.

Ida .

mis belie

Hebrick.

Dies Odes

to last

a married to

DESCRIPTION OF THE PARTY NAMED IN

niphami.

act facts.

um acmis de

amano) li

incia carain

urba (unus.

maras lo-

urus face!

ie kus z

U ADMITS :

eta capat .

or decisit,

pir. mhdjec

morne,

Bedicht Lie

nem toch

m.Sellion

man & cu,

a intelligi

Blick

n centil

dilin.

(income)

al Ha

alle.

dim.

77/13

dut

Dicitur autem pellex à pellendo, quia con cubina pellit è lecto propriam vxorem. Sed de hoc vocabulo plura diximus Em-

Pallada cur alio &c.] ò Venus, cur iterum superasti Palladem? num sat erat semel in monte Ida te victricem fuisse? Hæc apostrophe gratiam addit, eaq; tacitè significat, quam fint ad libidinem propenfi, qui ab ea in primis deberer este alienissimi.

Cypri.] Cypris, vel Cypria, Veneris cognome, à Cypro infula, luxui deditissima. Juftin, lib. 18.D. Augustin. Ciuit. lib. 4. c. 10. alijque plures, & nos supra Emblem. 77. Dicitur autem Cypris, dno Te zuer, quod est parere seu producere, quia Dea fit fœcunditatis. Horat. lib. 1. Carm.

Sic te dina potens Cypri

Num fat sub Ida esc.] Alludit ad iudicium Paridis sub monte Ida circa Troiam editissimo, vbi Paris inter Iunonem, Palladem & Venerem de pulchritudine cotendentes, pro Venere sentetiam tulit, eig;aureum pomum adiudicauit, in quo scriptu erat, Pulchrum pomum, pulchrum donum, pulchrior accipiat. Vnde Paris in epistola ad Helenam:

Cum Venus, & Iuno, Pallasg, in monti-

Corpora indicio supposuere meo.

Sed quia fabula lippis & tonsoribus nota est, huc non apponam. Si tamen plenissimè & festiue descriptam illam cupis, consule Dareten Phrygium de bello Troiano per totum secundum: & Lucianum in Iudicio Paridis,&c. Huc refero feltiuum epigramma, quod habetur lib.4. Anthologieis depo Sirn, TE distantore.

Παλλες του Κυθέρειον ένοπλου έκιπεν 18 8001

Κύπρι,θίλας έτως is πρίσιν έρχομεθα; ηδ' άπαλον γελάσασα. Τί μοι σάκος άν-TiON OLIPENY 5

η γυμνώ νικών πως όταν όπλα λάβω; Id ego in gratiam philologorum fic Romanæ ciuitati donaui:

Pulchram cum Pallas Venerem vidiffes in armis :

Nunc in iudicium vis veniamus ? ait . -Molliter hac ridens: scut ü cur arripis in me? Nuda en te vici,quid faciă arma ferens?

Ad verbum fic fonat: Pallas Cythereiam armatam videns dixit :

Cypri, vis vt in iudicium veniamus ? Illa verò molliter risit : Quid clypeum aduerfum me fumis ?

Si nuda vinco, quomodo cum arma.

Ex Guicciardino Italo, scriptore hi- Origo Em storiæ diligeti ac erudito, didici, Epigramma hoc Alciati speciatim scriptū fuisse in Hieronymum Paduanum, doctum quide hominem, sed qui amatoria etiam tractaret . Quod & generatim traduci potest in quosdam doctrinæ gloria celebres, qui amore turpi excæcati videre non poslunt, quantum vitæ suæ & famæ detrahant. Pudet sanè referre miram amantium amentiam, quæ no modò occupat rude vulgus, vbi consactud ne in naturam versa furor omnis excusabilis; sed etiam doctos homines quam plurimos, sui nominis oblitos, qui hac perculfi non leuiter infania, difciplinarum liberalium (quibus ingeniú perficitur, boniq; mores inferuntur) cultum natiuum turpissima Veneris labe infamarunt. Tales fuerunt apud Græcos Callimachus, Sophocles, Philetas, quos secuti proxime Catullus, qui Lesbiam: Tibullus, qui mori ope-Deliam: Propertius, qui Cynthiam: Naso. qui Corinnam, versuum mira luxuria celebrarut:atq; vnde morum infamiam merebantur, eloquentiæ gloriam funt confecuti. Tolerabilior inter hos Sappho, nam etas, fexus, animi leuitas puellam excusat. Sed quid Anacreonti facias? Quid Alceo? quorum vterq; non modo poeta infignis, sed vir fortis, & rebus gestis in sua repub. clarus fuit. Quanquam quid Poeras, quibus nescio vnde est maior licentia data, & non potius vitæ duces argua Philosophos? Plato Philosophorum princeps,imò Deus, (ve aiunt) de amoribus suis etiam turpibus (quanquam vero Philosopho nulla libido non turpis & inconcessa sir) multa licentius scripsit, quam quibus Platonicum nomen præfigendum ellet. Scripfit tamen, & scripta extant, neque tam celebris famæ notam neq; iudicium posteritatis erubuit, curam hac metumq; omnem vincete im-Ff 4

Andrea Alciart

dulcedine calamum excitantis: quæ vel in eurpi pudendag; materia tanta illi est, ve (pace tanti viri dixerim) Epicureis in rebus magis qua in Platonicis Platonici ingenij cernas radios. Certamen eiusmodi inter Palladem & Venerem etia nunc durat, quodq; crebrò accidat, plerifq; etiam viris bonis ( qui eo fortasse non tam inuiti hæret) videtur effe ludus. Quo loco refer-Augusti- re placet que Paulus Iouius, etatis noftre historicus excellentissimus, de Augustino phus Phi- Nypho Philosophie professore retulit. Sudosophus. sceptis enim liberis & vxore senescente feptuagenarius senex, puellæ citra libidinem impotenti amore correptus est víque ad infaniam, ita vt pleriq; Philosophum fene arq; podagricum ad tibie modulos faltantem miserabili pudore conspexerint: vnde illi maturatum vitæ exitum constat - Melius quidem Panætius, qui adolescentulo querenti, an fapiens amaturus effet?De fapiente, inquit, videb mus: mihi & tibi, qui à Sapiente longe absumus, non est committendum ve aliquando incidamus in rem ta commotam & impotentem, alteri emacipatam, & vilem fibi . Marcus etiam Tullius mortua coniuge, ab amicis vocatus ad secundas nuptias: Vix possem ego, inquit, eodem modo vxori & sapientię studio dare operam. Quo referam illud Chrysippi: Cu enim dixisset quidam sapiétem amore non capi, testimonio esse Menedemum, Epicurum, & Alexinum: Hac ego, inquit, ratiocinatione vtar: Si Alexinus ille distolutus, & Epicurus infensatus, & Menedemus canis ac delirus ( fic enim ab Eretriëfibus dicebatur) amore capti non funtinec sapiens quidem eo capietur. Sed quia de turpis amoris quibusdam affectis nonnihil attigi ijlq; maxime quibus eruditi pleriq;

petu pastionis animum vigentis , ftylique & qui sapientiam profitetur, argui noant quam folent, nescio an hue recte audeam conijcere Tus depoditus , id est , Veneris, depodi-ETUMOV, quam mapa to appairer à desi- TH Venue piendo non inepre quida deflectunt, quod unde de cofirmat Euripides in Troadibus his ver- Ha.

Tá papa yap máyt isiv appolitn Bos-

म्यो मह्मा के विकार के विकार के विकार के प्रकार के प्रकार के विकार V big, stulta est V enus mortalibus,

Retted, nomen capit à dementia. Et Cytheream, Veneris nomen, Gramma- Cytherea tici deflectunt παρά κεύθων τον έρωτα, τούτεςι κρύπτων αισχάν μίξιν:quia, νε inquit Cicero 1.de Officijs, qui ad volupta tem corporis paulò funt propenfiores, qua uis ea capiantur, occultant & diffimulant tamen appetitum propter verecundiam... Sed redeo ad carceres; Pallas scientiarum præses tune superatur à Venere, quando literarum studiosi omissis libris liberis operam dant, & fceminas fectari instituunt, vnde integra exhauriuntur patrimonia,æs dilapidatur in lupanaribus & popinis, nihil que ab egregijs Academijs reportatur, quam ignorantia & contaminatissimi mores. Et hi tales merito faciunt, quod aliqua do quidă iuuenis, qui in celebri Gymnafio De ftudid fine fructu tempus terens , cum à parenti- fo ignabus rudis disciplinarum, ac penitus expers 110. renocaretur; equo infidens,& iamiam. abiturus,tabellionem adhibitis aliquot testibus ad se vocauit, ac verbis coceptis sanciè iuranit, se nihil prorsus litterarum ab illa Academia ablaturum . Itaq; fi quid eruditionis posthae quacunq; incuria decideret scholasticis, aut periret, diligenter se iam contestari,ne sua culpa id accidisse suspicarentur, neve penes se huiusmodi rem vnquam quærerent,

A'vTipas